

4664.

1351 Jan. 2.

Nydala.

Erik Magnusson skänker till Nydala kloster sin gård i Aplehult, Hjälmseeryds socken, såsom själagåfva för sig, modren Helena och hustrun Ingeborg.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Ericus Magnusson salutem in Domino sempiternam. Secundum illud dictum sapientis, ne ea, que geruntur a modernis rite et racionabiliter, prolapsu temporis per posteros derogentur, litterarum solent testimonio roborari, omnibus et singulis per presentes innotescat me deliberato consilio cum cognatis et eorum assensu super hoc optento curiam meam in Apoldahylto in parrochia Hyalmrydh cum omnibus sibi adiacenciis et omnibus mobilibus et immobilibus ex parte villicacionis michi in eadem curia attinentibus ob salutare remedium anime mee, matris mee predilecte Elene et consortis mee dilecte Ingiburgis et omnium progenitorum meorum religiosi dominis abbati et conuentui Noueuallis veraciter condonasse, tali condicione adiecta quod si aliqui heredum meorum predictam donacionem frustrare vel dicta bona eisdem dominis alienare voluerint, extunc eosdem per presentes obligo et astringo testimonio fidedignorum ad soluendas centum quatragesimas marcas denariorum pro dictis bonis claustrum et dominis memoratis. In cuius donacionis euidentiam pleniorum sigillum cognati mei dilecti Haquini Hæmingsson vna cum meo presentibus feci anteponi. Datum in Nouaualle prima dominica post circumsicionem Domini anno Domini m^occc^oli^o.

På baksidan: *Vestra hæradh*

Parochia Hyælsryd
Apaldahylto.

Sigillen: n. 1 borta, sigillremsan kvar; n. 2 (oxpanna med två horn i sköld utan hjälm) s... INI
HE ON.

4665.

1351 Jan. 3.

Birgitta Knutsdotter, hvilken inträder i S. Clara kloster i Stockholm, skänker till nämnda kloster femton och ett halft öresland i Husby, Aspö socken, ett öresland i Dalby, samma socken, samt ett halft öresland i 'Renunge' på Tosterön.

Nordberg, S. Claræ Minne, s. 75 f.

Omnibus præsens scriptum cernentibus Birghitta Knutz dotter de Sakastum salutem in Domino sempiternam. Tenore præsentium constare volo universis, quod claustrum S. Claræ Stocholmis pro ingressu meo ad religiosas dominas sanctimonialis bona mea infrascripta, videlicet quindecim oras cum dimidia ora terræ in villa et parochia Husabyaspo dyocesis Strengenensis, unam oram terræ in villa Dalby, parochia prædicta, et dimidiam oram terræ in villa Renunge in insula Thoster cum agris,